

Accusativus temporis

Tyrannus **decem annos** urbem opprimebat.....
Hic senex **octoginta annos** natus est.....
Rex **tres** iam **annos** (**annum** iam **tertium**) regnat.....
Octo annos hane scholam frequentamus.....
Decem iam **dies** hunc librum lego.....
Tredecim annos natus sum.....
Hostes **multos menses** in urbe commorabantur.....
Aliquot dies hic manere volo.....
Puer **unum mensem** natus heri mortuus est.....
Duo pueri **unum mensem** nati heri mortui sunt.....
Quaedam animalia **unum diem** vivunt.....
Rex **viginti annos** natus dominatum occupavit.....
Milites **multos dies** dimicabant.....
Pater eius, **quadraginta annos** natus mortuus est.....
Puellae **duodecim annos** natae libenter talia legunt.....
Hic vir **multos annos** caecus erat.....
Pueri **sex annos** nati scholam frequentare incipiunt.....
Pater meus **duos** iam **menses** (v. **mensem** iam **secundum**) abest.....
Hodie **quinque horas** tantum dormiebam.....
Exercitus **unam noctem** ante urbem erat.....
Aegrotus **quartum** iam **diem** nihil edit.....

Accusativus mensurae

Haec turris **septuaginta pedes** alta est.....
Haec via **viginti pedes** lata est.....
Urbs a mari **mille passus** aberat.....
Milites fossam **triginta pedes** latam duxerunt.....
Domus **octoginta pedes** inter se distabant.....
Hae fossae **ducentos pedes** longae sunt.....
Milites aggerem **quadraginta pedes** altum exstruxerunt.....
Flumen ab urbe **septingentos passus** abest.....
Romani **nongentos passus** ab hostibus castra posuerunt.....
Templum nostrum **sexaginta pedes** longum est.....
Exercitus inimicus **sescientos passus** a castris nostris consedit.....